

Bosc Vol. XXIII. p. IX  
11.

# DE INVENTIONE NOVÆ PLANTATIONIS

ET  
MULTIPLICATIONIS PLANTARUM,

INGRATIAM  
EXCELLENTISSIMI,

DOCTISSIMI ET EXPERTISSIMI

DOMINI MEDICI,

ET HUJUS LIB. AC IMPERIALIS CIVITATIS  
RATISBONENSIS PHYSICI &c.

DOMINI  
AGRICOLÆ  
INVENTORIS.

Oecon. E.  
156, 13



Uuthor naturæ nova cùm miracula vidit,  
Quæ manus in plantis ingeniosa patrat;  
Quis mihi, ait, nostra inspexit secreta?  
revelans

Talia, scire homini, quæ fuit ante nefas?  
Diphthera servârat soli hæc sibi nostra; nec unquam  
Seu patuere homini, seu patuere Diis.  
Nam frustra primi noxis offensus *Adami*  
Et vitium, & tempus constitui arboribus;  
Si tamen ante diem, primisque in gustibus, ausus  
Est aliquis leges scribere velle novas.  
Ipsi vix flores jam novimus: omnia supra  
Naturam, & leges, quas dedit Author, eunt.  
Omne genus plantarum in Odore, colore, sapore,  
Nescio divinæ quid bonitatis habent.  
Quin silvæ ingentes uno plantantur in anno:  
Eque illis fructus quælibet arbor habet.



Si

Si patior (dubito an patiar) modò tempore pauco,  
Quâ patet hic mundus, mox *Paradisus* erit.  
Dixit & aspiciens gentiles, ordine *Divos*:  
Quis reus ex vobis *prodigionis*, ait?  
*Prodita* si per vos res est; discedite cœlo:  
*Garrulitas* fidos non decet ista *Deos*:  
Si neque vestra acies tam rara inventa tot annis  
Cogitat: hâc vestrâ cur *opus* esset *ope*?  
Si fuit *auditor homo*, vobis *sapientior*; illum  
Huc volo; pro *Vobis* occupet ille *locum*.  
Naturæ hic renovabit opus, florúmque colores;  
Si paradisiacus fors veterascet ager.  
I, *Pomona* tuum fructu tam divite *Cornu*  
Instrue, & *Idalias* collige *Flora* rosas.  
Ex his *Authori* geminatâ laude *Coronam*  
Flectite, quæ doctum cingat odora caput.  
Mox ubi præterea, quod oporteat, omne paratum est,  
Ite, & ferte meo munera vestra Viro.  
Néve viæ vos fallat iter; præcedat in orbem  
*Mercurius*, summi jussa ferendo *Jovis*.  
Utque sibi meritos *legatio* sumat honores:  
Se comitem *Bacchus* jungat, & alma *Ceres*.  
*Tripholemus* curru ad terras vos devehat: illud  
Qui præstat, mirus dicitur *Agricola*.

Ex Museo die 20. Martii  
1716.

N. Thomæ,

Anony-

# ANONYMUS.

*In præcedens Epigramma*

Prænob. Clariss. & Consultissimi

## DN. NICOLAI THOMÆ,

Liberarum & Imperialium Civitatum Coloniæ  
& Aquisgrani Legati.

**I** Sta fides Thomæ nonne est mirabilis ? illud  
Quod nunquam vidit , credidit & tetigit.  
Hi quam sunt aliquo titulo meliore beati ;  
Omnia qui credunt hæc , quia facta vident.

Tot modò Principibus , totque Electoribus ars est  
Cognita , qui plenam contribuere fidem.

Plebs tantum levior veluti mendacia ridet ;  
Sic quod nemo capit , quisque videre cupit.  
Quisquis adhuc Thomas incredulus ; esto fidelis ;  
Nam plantatque suò multiplicatque modò.  
Author si fallens nugas tibi vendit aniles :  
Exspensas offert , & latus , atque Caput.

**S** Es Thomæ Feder fliegt gar hoch/  
Und ist doch voller Glauben.  
Doch / wunder ! viele Thomas noch  
Das Lob dem Author rauben.

Nückt her die Hand / thut d' Augen auf /  
Greift / seht und lasst euch sagen /  
Mit - und nach der Naturen Lauff /  
Thut Er gross Wunder wagen.

Es ist ein' Kunst ; hats nicht umsonst ;  
Sich Nacht und Tag beslijzen :  
Was fragt Er nach des Pöbels Dunst /  
Wanns grosse HENNER wissen.

Oeon. E